

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2021

Auteur(s) : Étienne du Mesnil [particulier]

Bénéficiaire(s) : Gautier de Coutances, Rouen (archevêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1201, 7 juillet

Lieu d'émission : Déville-lès-Rouen

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Étienne du Mesnil, en présence des principaux dignitaires du chapitre de Rouen, de plusieurs chevaliers et d'autres notables, vend à Gautier, archevêque de Rouen, son moulin à foulon, avec le terrain de son emplacement près du moulin Jourdain, moyennant trente livres de monnaie angevine et un palefroi. Il cède aussi à l'archevêque le droit de prendre, jusqu'à la fosse de Maupertuis, de l'eau pour l'amélioration du moulin, et règle certaines conditions s'il veut établir une pêcherie sur ce cours d'eau.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bonnin Théodore, *Cartulaire de Louviers*, Évreux, Hérissey, 1870-1873, 6 vol., t. 1, n° XCV, p. 133-134.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Stephanus de Mesnillo, vendidi et concessi domino Waltero, Rothomagensi archiepiscopo, molendinum meum foulerez, cum situ ipsius molendini, qui sedet juxta molendinum qui fuit Jordani, cum omnibus pertinentiis suis ad me et ad heredes meos pertinentibus pro triginta libris andegavensium et uno palefrido, habendum et possidendum predicto archiepiscopo et successoribus suis et ecclesie sue Rothomagensi imperpetuum, libere et quiete et pacifice ab omni exaccione seculari.

Concessi eciam predicto [archiepiscopo] ut de feodo meo ad cursum aque ad predictum molendinum pertinentis meliorandum quantum ei necessarium fuerit usque ad fossatum de Maupertus capiat, et si dominus archiepiscopus voluerit piscariam facere in predicto cursu aque, ego et heredes mei medietatem custi inveniemus et dominus archiepiscopus et successores sui aliam medietatem invenient, et ego et heredes mei medietatem piscium habebimus et dominus archiepiscopus aliam medietatem habebit. Si vero dominus archiepiscopus nullam piscariam fecerit, per visum et estimationem legalium virorum, si aliquod dampnum de piscaria mea antiqua incurro, illud michi restaurabit et si aliquod dampnum occasione predicti molendini molendino meo qui fuit Jordani evenerit, predictus archiepiscopus vel successores sui similiter per visum legalium virorum michi restaurabunt.

Ut autem hoc futuris temporibus firmum et stabile permaneat, presenti scripto et sigilli mei munimine dignum duxi roborare.

Testibus : Ric. decano ; Rogero, precentore ; magistro Johanne de Sagis ; Johanne de Valeriis ; Willelmo de Thorintonia ; Johanne Cornubiensi ; Roberto de Sancto Nicolao, canonici Rothomagensibus ; Gisleberto de Valemont ; Roberto filio Ricardi ; magistro Johanne Britone, Laurentio, clericis ; Rogero Saigne Sause ; Roberto Lione ; Petro de Mesnillo ; Adam de Cavauville, militibus ; Arnulpho Hirebel ; Waltero Le Machon ; Adam Morel ; Willelmo de Folevilla ; Willelmo Beignart, et multis aliis.

Actum anno incarnationis Domini M° CC° primo, nonas jullii, apud Deivillam.